

104. Qui furor è diametro cum tota scriptura sacra, in primis verò cum loco ex Epistola ad Hebræos petito pugnat, qui luculenter testatur, eos, qui verè illuminati ac regenerati fuerunt, non modò labi, & graviter labi, sed etiam gratia DEI penitus excidere, & peccatum in Spiritum Sanctum committere posse.

105. Quare non minus hunc Sacramentarium, quàm illum Novatianorum errorem, ex agro & sinibus Ecclesiæ exterminatum, ad Orcum relegamus.

106. Christus Ihesus qui benedixit nobis benedictione Spirituali in cœlestibus, Spiritus sui gratia per verbū Evangelij magis magisq; nos reddat eruditos & confirmatos, ut arborem faciamus bonam, & fructum ejus bonum: errantes verò convertendos convertat: obstinatos ac reprobos evertat ac deleat. Amen.

## Π Ο Ρ Ϊ Σ Μ Α Τ Α.

## I.

Q. An ex verbis Christi affirmantis, peccatum in Spiritum Sanctum neque in hoc, neque in futuro seculo posse remitti, fictitius Pontificiorum Purgatorius ignis stabiliri possit? N.

## II.

Q. An quis Evangelicus salvâ conscientia